

munitus & ecclæste Innocentibus collatum, quod statim fœlices in lucem venerè, & tanquam gratiæ martyres, nescientes pugnauerè, & ignorantes, palmas & coronas rapuere. *Ser. 153. col. 390.*

* DIONYSII CARTHUSIANI pro sanctis Innocentibus in Epist. sermo. Quod sit, castitas triplex, Prima. Coniugalis, per quam homo temperatè se habet circa thorum & copulam carnalem, delectationes in lege diuinâ prohibitas, vitans. Secunda. Viridalis, quâ homo se abstrahit à vinculo matrimoniali, copulâque carnali post obitum coniugalium. Tertia. Virginalis, quâ homo à vinculo coniugali, & carnalibus delectationibus abstrahit se omnino propter Deum. *Ex proprio de sanctis, fol. 56. à pag. 1. ad pag. 2.*

Eiusdem, pro Euang. sermo primus. Quidam adipiscuntur regnum cœlorum voluntate & actione: Quidam solâ voluntate, id est, interiori actu seu desiderio voluntatis charitatem habentis; hi mente parati sunt ab benè agendum, sed aliundè impediuntur, aut occasione beneplaciti operandi non habent: Alij solo opere, sine voluntatis actu, sicut SS. Innocentes, qui propter axatis defecitum. Rationis vsum non habuerunt. *Ex proprio sanctorum, à fol. 57. pag. 1. ad fol. 58. pag. 1.*

Eiusdem, pro Euang. sermo secundus. Ex quo consideremus Christi. I. Humilitatem, qui infantulos tam dignanter suscepit, amplexus est, benedixit. II. Dilectionem ad naturam humanaam, quam ad imaginem suam factam valde dilexit. III. Amorem, pro innocentia, simplicitatemque columbinam, & cordis munditiam. IV. Liberalitatem, in eos qui parvulorum innocentiam imitantur, dum ei & pollicetur & dat regnum cœlorum, &c. *In proprio de sanctis, fol. 58. à pag. 1. ad pag. 2.*

S. GREGORII NYSSENI Oratio in die Natalem Domini nostri Iesu Christi; & in infantes qui in Bethleem occisi sunt ab Herode, summarium eius habetur suprà *par. 19. col. 2.*

Eiusdem de infantibus, qui præmaturè arripuntur, ad Hierum oratio,

A siue tractatus, huic festo aptandus, quem solum indicare volui, eo quod non sit in genere conceptionis huius solemnitatis. *Tom. 2. pag. 749. & sequentib. vñque ad pag. 770.*

* D. GUILLELMI PARISIENSIS sermo primus de sanctis Innocentibus vbi ad innocentia custodiam horratur. Primò. Triplici ratione quia, facile amittitur, eâ amissâ omnia amittuntur, eâ seruata omnia seruantur. Secundò. Consideratione i. æquitatis diuinæ, fructus patientiæ, pœniæ, malitiæ. *In proprio sanctorum serm. 18. à pag. 32. ad pag. 34.*

Eiusdem, secundus sermo in dicta Euangelica. *Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens surge & accipe puerum, B. Et. Matth. 2. in sanctorum Innocentium historiâ multiplex nobis ædificationis materia subministratur. I. In parvulus qui occiduntur tres gratiæ commendant humilitas quia fuerunt parvuli, innocentia fuerunt enim innocentes, puritas quia virgines fuerunt. II. In parvulo qui in nece puerorum queruntur tria considerantur, tribulatio citio incepit, adhuc parvulus in Ægyptum fugit, Ioseph & Mariam itineris socios habuit. III. In Hérode qui in parvulos malignatur tres malitiæ advertuntur quæ à nobis fugiendæ, 1. ipsi ambitio causa est tantæ malitiæ, 2. illusus valde irascitur, 3. parvulos crudeliter persequitur. IV. Bonitas Dei occisionem Innocentium patitur, malitia Herodis dissimilare videtur, tamen postpatiendo cum parvulis misericorditer & cum Herode severe operatur. V. Ecclesia multum compatitur sanctis Innocentibus in eorū festo, cantica lætitiae subticendo, & pro vindicta eorum multum & feruenter orando. In proprio de sanctis sermone 19. à pag. 34. ad pag. 36.*

S. LAURENTII IUSTINIANI sermo in festo SS. Innocentium, cuius hæc est summa. In spiritualibus exercitijs sicut in corporalibus negotijs nemo ad perfectionis culmen & fastigium valet scandere, nisi paulatim & per incrementa, mediantque progressu: hoc tamen diuinæ competit. Malestatii, K. ij